



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XI. Markgraf Ludwig vereignet dem Lüdkin, Bürger in Friedeberg, gewisse Hebungen zur Uebertragung in kirchlichen Gebrauch, und legt ihm für die Verwaltung des Landgerichtes Einkünfte bei, am 10. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XI. Markgraf Ludwig vereignet dem Lüdkin, Bürger in Friedeberg, gewisse Gebungen zur Uebertragung in kirchlichen Gebrauch, und legt ihm für die Verwaltung des Landgerichtes Einkünfte bei, am 10. Oktober 1338.

Anno M^o CCC^o XXXVIII^o, in Soldin, in crastino Dyonisii. Nos Ludouicus etc. Discreto viro Ludkino, civitatis nostre Vredeberg cui, sincere nobis dilecto, IX solidos denariorum Brandenburgensium cum VII denariis annue pensionis in mansorum et arearum censibus annuis, quos ob salutem sui et heredum sibi succedentium altari dotando in ecclesia ibidem proponit et intendit applicare, appropriavimus et appropriamus per presentes, pro qua quidem appropriatione idem Ludkinus tria frusta cum dimidio denariorum Brandenburgensium annue derivationis in pensione ville dicte Garrik nobis heredibusque nostris libere dimisit, deputavit et renuntiando fructus eisdem renuntiatione publica expressius assignavit. Deputamus etiam sibi ob id, vt iudicium provinciale tamquam iudex legitimus fideliter regat et dirigat, tres marcas argenti Brandenburgensis et ponderis in consistorio civitatis nostre predictę singulis annis percipiendas et tollendas temporibus solummodo vite sue. Annuimus etiam sibi ex favore singulari, ut, dum ipse eidem iudicio egritudinis vel alio legitimo casu prepeditus preesse non valebit, quod alium ydoneum ipsius loco statueret poterit, quousque a casu sibi tunc obstante fuerit releuatus. In cuius etc. Testes Bortuelt, Yfoldesrider, Heylo, Bet. de Ost, milites, Hasso de Wedel senior, Ty. de Brederlo cum ceteris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Wolzenberg die Urbede auf 2 Jahre, am 10. Dezember 1340.

Nouerint vniuersi presentia inspectori etc. Quod nos Ludouicus etc. Relaxauimus prudentibus viris consulis civitatis Waldinberg, fidelibus nostris dilectis, pensionem annuam solitam nobis debendam a festo beati Martini proxime venientis per duos annos continuos, sic quod nobis nec vlli officiorum nostrorum ipso durante tempore ad vllius pensionis solutionem teneantur, et presentibus decreuimus relaxare. Volentes tamen, vt iidem eiusdem pensionis derivationem in munimenta muros et fossata ipsius civitatis euidenter dirigant et conuertant. In cuius etc. Testes Conradus dux de Tecke, Guntherus comes de Swarzburg, Io. de Buch, H. Rischach, nostre curie magister, Albertus Wolfenstein, Helo, Marschalcus, cum ceteris. Datum Spandow, anno domini M. CCC. XL., die dominica post diem beati Nycolai episcopi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).